



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XXI. Ligionensi (a) Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

## Tit. XX XI. de Regularibus.

673

### NOTÆ.

- (a) **A**ffligen. ] Hæc inscriptio corruptè habetur in tercia collectione, sub hoc tit. cap. final. Affligenum enim potens admodum est monasterium, in Cameracensi olim diœcesi, nunc Malchiliniensi situm; fundatum in honorem D. Petri

ab Henrico III. Lobani Comiti anno 1086. ut refertur Aubertus Mireus in orig. Benedict. Bucelinus tom. I. German. sacer. fol. 3. Fratres Sarmathani tom. 4. Gall. Chrys. fol. 9.  
(b) *Vitam mutare.* ] Nam tunc censetur renunciare anno probationis, & ita professionem emittere, ut docuit Gutierrez lib. 2. canonice. cap. 22. num. 33.

2.

## C A P U T XXI.

### Ligonienſi (a) Episcopo.

(b) **P**ostulaſti per Sedem Apostolicam ecclorū, quare contra Judæum procedere debes, qui manus injecit in quendam Presbyterum violentas. Ad quod fraternitati tuae breviter respondemus, quod si dictus Judæus tuæ jurisdictionis existit, ipsum poenâ pecuniariâ punias, vel alia secundum quod convenit, temporali, faciens percuſſo ſatisfactionem congruam exhiberi. Alioquin dominum ejus moneas, & inducas, ut paſto injuriam, & Ecclesiæ ab eo ſatisficeri faciat competenter. Quod si dominus ejus id neglexerit adimplere, tu Christianis per censuram ecclesiasticam interdiccas, ne cum ipso Judæo, antequam ſatisficiat, perſumant commercia exercere. Conſequenter quæſisti, quid facere debebas de quadam captivo, qui ſe falſo Episcopum aſterens, altaria confeccravit, & alia plura exercuit, quæ ad officium pertinent. Ad quod tibi taliter respondemus, ut illa, quæ taliter egit, irrita nuncies, & ipsum perpetuo carceri facias mancipari, pane doloris, & aquâ angustie fuftantandum. Tertiò quæſiviſti, utrum illi, qui in annis (c) minoribus conſtituti, novitiorum habitum ſuſperunt, & infra annum poſtmodum facta profefſione ad ſeculum ſunt reverſi, & ab Episcopis ſuis hoc ſcientibus ad ſacros Ordines ſunt promoti, ſuſtineri debeant in illis Ecclesiis ministrare, in quibus fuerint ab eisdem Episcopis instituti. Nos ergo fraternitatì tuae breviter respondemus, quod propter hoc non ſunt ab ipsis Ecclesiis amovendi, ſed in eis poſſunt liberè ministrare, niſi forte prudentia ſuppleverit in illis artatæ, ut faltem transiro debeant ad regulam laxiorem; cùm ipſi absque protestatione religionis habitum affluendo, vitam præsumantur proponuiffe mutare. Datum Lateran. v 11. Idus Junii, Pont. noſtri anno v.

### NOTÆ.

1. (a) **L**igonienſi. ] Inquarta collectione, sub hoc tit. cap. i. legitur Legionienſi, ſed tam inſcriptionem, quæ litteram reſtituto ex Regeſtro epiftolarum Innocentii edito à Bosqueto, ubi lib. 3. regeſtr. 15. epift. 126. teperitur textus hic.

De Ligonienſi Ecclesia egi in cap. 8. de reſcripsi.

(b) *Postulaſti.* ] Hæc priora verba referuntur in cap. poſtulaſti, de fundatis, ubi exponemus.

(c) *Annis minoribus.* ] De artate ad profefſionem emittendam neceſſaria egi in cap. quia in infiliis, ſuprà relato, ex quo commentario praefens petendum eſt.

2.

3.

## C A P U T XXII.

### Honorius III. Episcopo (a) Venetenſi.

**E**x parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli ſunt in diœceſi Venetensi, qui licet pluribus annis geſtaverint habitum monachalem, profefſionem tam monaſticam non fecerunt; undè cùm ſuper eo quod habent proprium, & aliás regulariter vivunt, à te, vel ab aliis arguuntur, non erubescunt dicere, ſe ad caſtentiam proprii, & continentiam, ac alias regulares obſervantias non teneri, cùm habitus nequaquam monachum faciat, ſed profefſio potius regularis: quare ſuper his Apostolicum poſtulaſti remedium exhiberi, cùm inordinata vita prævaricatorum hujusmodi non ſolùm eis periculum, ſed etiam ſcandalum inferat mentibus aliorum. Ideoque fraternitatì tuæ mandamus, quatenus quoslibet tibi lege diceſefana ſubiectos, qui prædicto modo terras viiis ingrediendo duabus, juxta Prophetam vñ ſibi, & perditionem acquirunt, ut poſtquam per (b) annum geſtayerunt habitum monachalem,